

Continentiam huius operis subiecta monstrabunt.

In primis p[er]fatio p[er]mittitur ciuitatis Iherusalem ac sancte terre finit[er] time. quondam p[ro]missionis appellate comendaticia. plures eius p[er]claras ostendendo p[ro]ter et supra ceteras excellentias et p[ri]cipuas prerogatiuas. unde et ex ea veluti termino ad que[m] motus et profectio in ea eminentior com[un]icatur et dignior merito comprobatur. Fructus etiam sancte huius peregrinationis quosdam ipsa p[er]fatio prosequitur. intentionesq[ue] explicat auctoris et operis diuisione v[er]pater intuenti.

Deinde processus Iherosolimitane peregrinationis de loco ad locum ordinate et examusim com[un]i et vulgata deducitur narratione. et t[ame]n literis et scripturis. t[ame]n imaginibus et figuris. portiores ille ciuitates et loca quibus inter proficiscendu[m] com[un]ius applicatur terra marisq[ue] ad intellectu[m] et sensum describuntur videlicet

Primum omnium inclita ciuitas veneciaru[m] tanq[ua]m terminus a quo intrantibus mare.

Deinde ciuitas parentina que a venecijs leucis com[un]ibus siue milia ribus ytalicis distat centu[m].

Deinde vrbs Corfona que octingentis.

Deinde Modona que mille et centum.

Deinde Zoppen siue Japha que bis millenis. Vbi peregrini ad terram de mari egredientes. per Rama opidu[m] vsq[ue] Iherosolimam per. p[er] leucas in asinis p[er]gunt. Et ita a venecijs vsq[ue] Iherusalem sunt bis millena milia ria ytalica et quadraginta. Cetera vero minores vrbes et insule omnes suis in locis. proprijs d[ist]antat nominibus designantur. Qu[od] vero insularis et potens ciuitas Ragusina quingentis distans a venecijs leucis suo loco no[n] est hic effigiata. ad cuius portu[m] etiam com[un]iter solet app[er]tari cari. Id cause est q[uod] nimio ventor[um] impetu et vi inde proiecti. ac celeriori cursu alio delati. illac nequiuimus propinquare. quo accidit vt nos stros subterfugerit oculos et obtutus. Inter insulas vero plurimas quas p[er]gredi oportet. inter nauigandu[m] tres p[ri]cipue ceteris p[er]clariores hic habentur figurate et designate. videlicet Candia q[ue] a venecijs mille leucis ytalicis distat. Rodum que mille quadringentis. et Cyprus que mille septingentis. Reliqua d[ist]antat numeratur et nominatur suis in locis.

Porro loca sacra intra Iherosolimam. et q[ue] ciuitati de vicino adiacet de quibus crebrius in sacra fit pagina m[er]ito. et in quibus queq[ue] memoratu digna patrata leguntur. specialibus effigiant[ur] figuris cu[m] notulis declaratorijs et remissionibus opportunis ad veteris vel noui testamenti passus.

In scda p[ar]te prime hui[us] p[ar]tis principalis. determinato de locis. agitur ordine cogruo de incolaru[m] siue indigenaru[m] locor[um] eorudem. et p[er]sertim sacror[um] moribus. ritibus. legibus et sectis. Et primu[m] omnium de sarracenis